Palatinatibus Terris Districtibus Iudiciisque suis quibuslibet propriis ac foro competenti recedentes ac sese praesenti Iurisdictioni sese cum Successoribus quo ad hunc actum attinet incorporando et subijciendo sanum mentem et corpore existens personaliter praesens palam ac per expressum recognoverunt. Quia quod ex eis uterque eorum et interesse suo recognovit, Quia a Magnifico Ioanne Sieniensky de Sienno Castellano Haliciensi Summam Duorum Millium Talerorum antiquorum quemlibet per grossos triginta Quinque computando per eundem Magnificum Castellanum Haliciensem ipsis Krasonskij actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus solui inscripta totaliter et in effectu receperunt ac manualiter leuauerunt exceptamque et leuatam ad se tulerunt ratione cuius receptionis eundem Magnificum Ioannem Sieniensky Castellanum Haliciensem quietant, liberumque ac immunem fore cum ipsius Successoribus perpetuis temporibus dimittunt, Inscriptionemque praefatam Castrensem Premisliensem super praedicta Summa scriptam cum omnibus eiusdem Conditionibus connexis clausulis et articulis, cassant mortificant annihilant, obliterant, perpetue et in aeternum sibi et Successoribus suis ratione praemissorum omnium agendi ea repetendi perpetuum imponendo silentium sua renuntiatione mediante Quod manu firmatum est.

1102

Tharanowski obligatio

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus Generosus Andreas Tharanowsky in Tharanowice bonorum suorum haeres ab omnibus Iurisdictionibus foroque sibi competenti recedendo praesenti Iurisdictioni et iurisdictioni se Successoresque suos ac bona sua omnia incorporando sanus mente et corpore existens personaliter recognovit, Quia Generoso Nicolao Tharanowskij fratri suo germano et suis Successoribus tenetur certi mutuati debiti Summam Quatuor Millium florenorum pecuniae polonicalis per grossos triginta computando In qua Summa tota et integra ipsi et eius Successoribus bona sua haereditaria medietatem totius et integrae villae Tharanowice cum omnibus eorundem bonorum attinentiis pertinentiis annexis et connexis ita late longe circumferentialiterque prout eorundem bonorum haereditas se in suis metis et limitibus extendit et prout ea ipse tenuit habuit et possidebat, nullis exceptis et exclusis ab hinc ad festum Conversionis Sancti Pauli apostoli proxime venturum et ab ipso festo immediate ad aliud simile et post ad exemptionem obligauit et inuadiauit obligatque et inuadiat praesentibus Dans et admittendo eidem in exemptionem in bona superius declarata omnia realem intromissionem actualem et pacificam possessionem Ministerialem quemlibet et quandocunque fore capiendam submittens se et Successores suos, casum non denegatae immo libere admissae sub vadio Quatuor Millium florenorum poloni. monetae super omnibus bonis ipsius et Successorum eius extendendo Per eundem Nicolaum Tharanowsky et suis Successoribus bona praefata medietatis villae Tharanowice cum omnibus attinentiis ipsi praesentibus obligata tenenda habenda utifruenda pacificeque et quiete possidenda ad festum Conversionis Sancti Pauli apostoli proxime venturum et post ad aliud simile et sic consequenter de Anno in Annum usque ad omnimodam eorundem et Summae praefatae Quatuor Millium florenorum pecuniae polonicalis plenariam exemptionem persolutionemque Inscribitque se quoque praefatus Andreas Tharanowsky cum Successoribus, de omnibus bonis suis quovis nomine habitis et habendis praedictum Nicolaum et suis Successores in possessione bonorum praefatorum et occasione eorundem ab omni quauis impetitione iuridica quarumuis personarum sexus status et conditionis cuiuscunque existentium Nec non ab omnibus Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus debitis [illegible] reformationibus dotum demonstrationibus aduitalitatibus cuicunque personae factis et faciendis Nec non ab omnibus Citationibus Conuitationibus Arestationibus

Immotestem iuris exclusi produc et producti partis damni vadiis
triplicat tum progressibus quibuscunque in decretis praedict et producti
Et quite ab omnibus oneribus ipsis bonis impositis et imponendis tueri
evincere eliberare intercedere bonaque ipsa munda et libera facere Ac
ipse praesens et submissas quascunque personas eidem in pacifica posse-
ssione bonorum praefatorum inturbare et quovismodo pacificam possessionem prae-
pedire debebit et successores debebunt Sub vadio Quatuor Millium
florenorum polonicalium ad solutionem totiens quotiens opus fuerit irremissibiliter suc-
cumbendo per omnes praescriptiones Iuris nulla in praemissis obstante
Praeterea idem recognoscens se suosque successores de eisdem bonis suis
ipsi Nicolao fratri et suis successoribus submittit Inscriptionem hanc ex actis
praesentibus ad Acta Terrestria Premisliensia eandem de verbo ad verbum trans-
ferre et transportare Sub vadio Simili Quatuor Millium florenorum pe-
cuniae Poloniae. Pro quo et quibus vadiis in casu non completionis praemissorum
exigendis et consequendis quotiens se ipse recognoscens cum posteris
suis Citare permisit totiens foro et iurisdictioni competenti renuncians Co-
ram Officio praesenti cuius iurisdictioni se et successores ac bona sua uni-
versa incorporat in primo citationis termino peremptorie Comparitur
responsurusque omnemque sententiam in eo passurus prolata libere passurus
et illius vadium quo pro citatione et citabuntur in instanti persolutionem prae-
stitaque solutionem vadii et vadiorum praefatorum Inscriptionem unaque eius con-
tenta adimpletum totiens quotiens opus fuerit Terminos ipsos primo et contentum
Inscriptionis praesentis Citationis ac processus ex ea emanatos nullis excogitat
colloratis vel adinventis modis suis cautellis quae tam ex iure scripto vel
ex consuetudinibus et legum scriptarum in se complectentium statutis mo-
ribus comprobatis in auxilium et consilium recipi poterint subter
fugiendo neque evadendo Quippe hic omnibus et aliis iuris remediis

Motionibus appellationibus earumque prosecutionibus praegnationibus exa-
ctionibus praemissis Dilationibus quoque ab omnibus legalibus quibuscunque impedi-
mentis Constitutionem laudatam et laudandam aliisque omnibus iuris bene-
ficiis Sanctis et sanciendis renuncians et abdicans Quod ... firmatum est.

Orlikowie adscribunt Kruliczk

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Ca-
pitanealibus Premisliensibus Generosi Ioannes Pollator Terrae Sanocensis
et Stanislaus Orlikowie fratres germani filii olim Generosi Stan- 403
islai Orlik Palatinatus Russiae Terris Districtibus Iuribusque suis quibus-
cunque propriis ac foro suo quolibet proprio recedendo sub praesenti Castrensi
Premisliensi Iurisdictioni se eorum Successoribus bonisque suis omnibus quo
ad actum et effectum praesentis Inscriptionis attinet incorporantes et subi-
cientes Sani mente et corpore existentes publice palam libere ac per expressum
recognoverunt et quilibet ex eis seorsim recognovit. Quia ab Summa
priori et originali Quinque Millium Centum Sexaginta florenorum
pecuniae monetae Poloniae per ipsos Generoso Martino Krasiczky de Siecin
Tribuno Terrae Premisliensi et eius Successoribus in omnibus bonis suis hereditariis
et obligatoriis Mobilibus et Immobilibus quae nunc quocunque iuris titulo
et modo ubivis locorum in Regno Poloniae et provinciis eidem sub-
iectis habent et possident ac dictus habituri et possessuri sunt
Summisque pecuniariis tam paratis quam in quibuscunque bonis Terrestribus
et Regalibus inscriptis et assecuratis Eidem Generoso Martino
Krasiczky de Siecin Tribuno Terrae Premisliensi et eius Successoribus
Summam Mille florenorum pecuniae monetae et numeri Polonicalis adscribunt et
Summam originalem eo praesenti adscriptione coniungunt annectunt et so-
ciant Ita quod erit Summa simul iuncta et in unum connexa Sex Mil-
lium Centum et Sexaginta florenorum pecuniae priore originale per